remissioꝛ est. Lenacem pleriq꜓ accusauerūt. ⁊ ad rē nimis attentū. Id facere ꝓrimi antecessores Sigismundꝰ atq꜓ Albertꝰ cesares. quoꝝ ꝓdigalitati cuiꝰ vis compata liberalitas videri auaritia pt. Ceteꝝ fridericꝰ. nec sua ꝓfundit nec aliena diripit. Uerbis factis ve temperās. Albertꝰ frater eiꝰ lōge dissimilis. Celer in agrediendis rebus belli ac glie appetens. periculi ꝯtemptoꝛ. audax laboꝛis patiens. manu atq꜓ ingenio pꝛomptꝰ. peccunias int̄ amicos partitur. ac ꝓfundit. Inter opes pauꝑ. In paupertate diues. nulliꝰ rei magꝭ quā fame auarus.

☞ Pꝛocedenti ꝑ Austriā in aquilonē. Moꝛaui occurrūt. gens ferox. ⁊ rapinaꝝ auida. Inter Hūgaros Bohemosq꜓ trāsdanubiū sita. hāc ꝓuintiā euo nr̄o. Sigismundꝰ imꝑatoꝛ Alberto genero suo q̄ postea imꝑauit dono dedit. Rebellantē ⁊ imperata facere recusantē Albertus magnis affecit cladibꝰ. Nā supꝛa Quingētas villas vna excursiōe combussit. moꝛtales multos neci dedit. pecꝰ pene oīe abegit. Iugūq꜓ ferre ꝑfidā gentē coegit. In hac ꝓuintia ciuitates ⁊ oppida Romane ecclie ritū tenēt. ⁊ catholice fidei ꝯsentiūt. Barones ferme oēs hussitaꝝ labe infecti sūt Hic cū verbum dei p̄dicaret Johānes capistranꝰ. ⁊ in errores hussitaꝝ vehementiꝰ inueheret. Baronis nō ꝑui nois quē czernahoꝛā vocāt secuta ꝯuersio est. q̄ relicta p̄oꝛe ꝑfidia. cū duobꝰ milibꝰ subditoꝝ veritatē Romane sedis amplexꝰ est. filiꝰ eiꝰ doctrina ⁊ moꝛibꝰ clarꝰ nō diu postea Olomucensis ecclie pōtificatū obtinuit. Ea est vnica ciuitas Morauoꝛū Episcopalis. Regnū int̄ moꝛauos aliq̄n fuit. latissimū. ac potissimū. qd̄ vsq꜓ ad filiū Suatocupi durauit. cuiꝰ foꝛtunaꝝ i bohemica ꝯscripsimꝰ hystoꝛia. At cū filiꝰ Suatocopi Eccliam dei sperneret Regū ḡti ademptū est. Qd̄ postea Romani cesares in Bohemiā transtulerūt. In hac ꝓuintia cū plura sunt oppida plena populo. ⁊ opibꝰ abundātia. Inter que pꝛunna p̄ncipatū obtinet ⁊ znoynea Si